

demōstratio est hæc: & assumat figura prima ppositiōis ter-
 tiæ: in q̄ ppter similitudinē triaguloꝝ n d. toties cōtinet in d a.
 quoties g f. in fa. Ideo si diuidis d a. quā instrumēto nfo sup
 positū est. 2300. p n d. exit numer⁹ ostēdēs quoties g f. sit in
 fa. Si r o d. toties est in d a a. quoties g f. in faa. Ideo notus
 est numerus ostendens quoties g f. in fa a. sit: ideo notū fiet
 quoties g f. sit in a a a. quare a a a. diuisum p hunc numerū:
 quotiens exibat altitudo fg. quæ querebat. ¶ Vel sic age:
 dum regula a e. secat latus d c. in vtraq; statione differentiā
 partiū in vtraq; statione multiplica in. 1200. & qd̄ exit sit nu-
 mer⁹ prim⁹. Itē numer⁹ partiū vni⁹ statiōis multiplica in nu-
 merū partiū alteri⁹ statiōis: & qd̄ exit: sit nūerus secūdus: p
 hūc multiplica spaciū in vtraq; statiōes: & pductū diuide p
 numerū primū: & exibat altitudo rei q̄sita: vt in iam posito
 casu: numer⁹ partiū in vna statiōe sit. 60. in altera sit. 40. &
 spaciū inter vtraq; statiōes sit. 500. cubiti. differētia partiū
 est. 20. quæ ducta in. 1200. facit. 24000. numerū primū. Itē
 60. in. 40. faciunt. 2400. numerū scdm hunc multiplico in
 500. & diuido p. 24000. exeūt. 50. cubiti altitudo quæ sita.
 ¶ Demōstratio sūmat prima figura & cōtinuet a o. a n. ad
 cōcursū cū b c. cōtinuata m p. & q. tūc ex modo demōstrati-
 onis scde figure tertie ppositiōis: pportio q p. ad a a a. est si-
 cut q b. ad a f. sed q b. ad a f. est sicut a b. ad f g. quare q p. ad
 a a a. sicut b a. ad f g. & pmutatim q p. ad b a. sicut a a a. ad f g
 Sed in pposito numerus primus se habet ad secūdū: sicut
 q p. ad b a. qd̄ sic ostendo: numerus prim⁹ sit l. q puenit ex
 n o. in a b. Secūdus sit m. qui puenit ex n d. in d o. dico l. ad
 m. proportionē esse: vt q p. ad b a. Nā ex eo qd̄ n d. ad d a.
 sit sicut a b. ad b q. Item o d. ad d a. sicut a b. ad b p. sequit: vt
 d n. ad d o. sit sicut p b. ad b q. inde o n. ad n d. sicut q p. ad p
 b. Proporcio aut l. ad m. cōponit scilicet ex duab⁹: pporcio
 ne o n. ad n d. & pporciōe a b. seu a d. ad d o. sed o n. ad n d:
 pporcio est: sicut q p. ad p b. Item a d. ad d o. pporcio est: si-
 cut p b. ad a b. quare sequit vt l. ad m. pporcio sit: sicut q p.
 ad a b. qd̄ est ppositū: ¶ Deinde in vtraq; statione a e. secet
 latus b c. qd̄ rectū vocat: differētia partiū in vtraq; stationū
 sūmat pro primo numero: p secūdo sūmat. 1200. p tertio
 vero sūmat distantia inter ambas stationes scz a a a. ducatur
 secūdū in tertū: & diuides pductū p primū: & exibat altitu-
 do quæ sita. ¶ Exemplū in viciniore statione numerus par-
 tium lateris recti sit. 1000. in altera sit. 1100. horū differētia
 est. 100. distantia autē inter ambas stationes sit cubiti. 50.
 duco. 50. per. 1200. diuido p. 100. exeunt. 60. cubiti altitu-
 do quæ querebat. Ratio sumit ex secunda figura tertie p-
 porcionis. Nam pporcio o b. ad a f. vt b a a. ad f g. Similiter
 n b. ad a f. vt a b. ad f g. quare o b. ad a a f. vt n b. ad a f. ergo
 residui n o. ad residuū a a a. sicut n b. ad a f. scilicet n b. ad a f
 est: vt a b. ad f g. q̄re n o. ad a a a. sicut a b. ad f g. sed cum pri-
 ma tria data sint: quartū cognitum fiet qd̄ est intentū. Item
 alia via dum regula a e. secat latus versum scilicet b c. diuide
 1200. p vtrūq; numerū partiū quas secat: & minorē quotiē-
 tem duc indistantiā duarū stationū: & qd̄ exit serua diuidē-
 do. Item aufer minorē quotientē a maiore & residuū sit di-
 uisor: per quē si diuidis diuidendū seruatū erit distantia inter stationē viciniore: & basim rei quæ

